CAR. LUD. L'HÉRITIER, Dom. DE BRUTELLE,
*in Aulâ Juram. Paris. Reg. Consil.*



# CORNUS.

## SPECIMEN BOTANICUM

SISTENS

## DESCRIPTIONES ET ICONES

SPECIERUM CORNI MINUS COGNITARUM.

Et sæpe alterius ramos impuisse videmus
Vertere in alterius, mutatamque insita mala
Ferre pirum, et prunis lapidosa rubescere *Corna*.

At myrtus validis hastilibus, et bona bello
*Cornus*:

(*Virg. Georg.*)

Apta fretis abies, bellis accommoda *Cornus*.

Victum infelicem baccas, lapidosaque *Corna*
Dant rami.

Conjecto æternit jaculo, volat Itala *Cornus*.

(*Virg. Æneid.*)

PARISIIS,

TYPIS PETRI-FRANCISCI DIDOT.

*Prostant*
PARISIIS, apud LUDOVICUM NICOLAUM PRÉVOST, THEOPHILUM BARROIS, via quam vocant *Quai des Augustins*.
LONDINI, apud PETRUM ELMSLY,
VIENNÆ, apud RUDOLPHUM GRÆFFER,
ARGENTORATI, apud AMANDUM KŒNIG, Bibliopolas.

1788.

CORNUS
a Plinio (1)
avum perveni
Græcis (2),
GANEA, et Co
genus notissi
Nec ego ple
am sat noti
economico
ncam. Incr
spictis pra

Antiquiss
Novæ omn
meridional
nveniendas

Systema

CÆSALP

RAIUS
umbi

RUPPIU
revoca

TOURN
ossicul

BOERHA
summi

MAGNO
monop

LINNÆU

HALLER

ADANSO

GLEDITS

(1) Plin. hist
(2) Theophr.

# CORNUS.

CORNUS inter antiquiora systematis vegetabilis genera reponenda est. A Plinio (1) primum Genus acceptum vel potius relatum, ad nostrum usque ævum pervenit, nec versationem nomenclaturæ passum est. Innotuerat quoque Græcis (2), ut et Plinio. Vocabant enim Cornum Plinii (*Cornus mas. L.*) κρανεία, et Cornum feminam Plinii (*Cornus sanguinea. L.*) σκληρανθία. Miror itaque genus notissimum a nulla autore, quod sciam, ex professo fuisse elaboratum. Nec ego plenam fusamque Corni historiam molior. Pro speciebus Europæis jam sat notis novas differentias specificas tantum tradam. De virtutibus et usu œconomico apud alios autores consulendis fere taceho, aut per transeunam dicam. Incremento Botanices totus incumbens de speciebus Americanis hic depictis præprimis acturus, pauca in his relinquam desideranda.

Antiquissimæ Corni species Europam finitimamque Asiam patriam agnoscunt. Novæ omnes in Americâ septentrionali detectæ sunt. Nec Africa, nec America meridionalis ullam hucusque speciem alunt. Inter tropicos totius orbis ullam inveniendam esse difficilius crederem.

Systematici celebratissimi Cornum sic ordinarunt.

CÆSALPINUS junxit arboribus quarum semina cor in inferiori parte habent.

RAIUS annumerat inter arbores pruniferas, Cornumque feminam ad bacciferas umbilicatas amandavit.

RUPPIUS et RIVINUS ad regulares tetrapetalas seminibus baccâ tectis revocaverunt.

TOURNEFORTIUS ad arbores rosaceas, quarum calyx abit in fructum ossiculis fœtum.

BOERHAAVIUS recenset inter dicotyledones arbores flore rosaceo innato summitati ovarii seminibus fœti.

MAGNOLIUS transtulit ad arbores duplici calyce externo et interno, monopetalas, fructu sicco.

LINNÆUS ad tetrandriam monogyniam.

HALLERUS ad isostemones epicarpias.

ADANSONUS ad familiam Caprifoliorum corollis regularibus.

GLEDITSCHUS ad thalamostemones tetrantheras.

(1) Plin. hist. lib. 1. cap. 4. lib. 15. cap. 18. lib. 16. cap. 25. 26.
(2) Theophr. hist. lib. 1. cap. 13. lib. 3. cap. 3. 4. 6. 7. et alibi.

# CORNUS.

## CHARACTER ESSENTIALIS.

*Perianthium* superum, persistens. *Petala* quatuor. *Stamina* quatuor, receptaculo epigyno inserta. *Germen* inferum. *Stylus* simplex. *Stigma* obtusum. *Drupa* umbilicata. *Nux* bilocularis.

## CHARACTER NATURALIS.

CALYX. *Involucrum* vel nullum, vel tetraphyllum, multiflorum: *foliolis* subcordatis, acuminatis, internis duobus oppositis minoribus, patentissimis, coloratis, deciduis.

*Perianthium proprium* superum, quadridentatum, minimum, persistens.

COROLLA. *Petala* 4, epigyna, sessilia, lanceolata, acuta, patentissima.

STAMINA. *Filamenta* 4, epigyna, subulata, patentia, petalis breviora. *Antheræ* ovatæ, biloculares, peltatæ.

PISTILLUM. *Germen* inferum, ovatum, truncatum, operculo nectariformi, plano, subquadrifido coronatum. *Stylus* filiformis, staminibus subæqualis. *Stigma* obtusum s. capitatum.

PERICARPIUM. *Drupa* subrotunda, calyce umbilicata, stylum retinens, carnosa, aut aquosa, mollis.

SEMEN. *Nux* subrotunda s. ovata, bilocularis, nervosiuscula.

Cornu species in duas sectiones separari queunt. Aliæ scilicet intra involucrum umbellatæ: aliæ nudæ absque involucro et cymosæ.

| Involucratæ umbellatæ. | Nudæ cymosæ. |
|---|---|
| Cornus suecica. *L.* | Cornus sanguinea. *L.* |
| canadensis. *L.* | sericea. *L.* |
| florida. *L.* | alba. *L.* |
| mas. *L.* | circinata. |
| | stricta. |
| | paniculata. |
| | alternifolia. *L.* |

* *Involucratæ umbellatæ.*

## 1. CORNUS suecica. *L.*

C. herbacea, ramis binis. *Linn. suec.* 48. *Œd. dan. t.* 5.

C. herbacea. *Linn. lapp.* 36. *t.* 5. *f.* 3. *Pall. ross.* 52.

Chamæpericlymenum pratensicum, seu pericly menum secundum. *Clus. pann.* 87. *t.* 88.

Chamæpericlymenum. *Clus. hist.* 60. *Ger. herb.* 1296. (icon Clusii.) *Park. theatr.* 1461. (icon Clusii.)

CORNUS.

Periclymenum minor. *Tab. ic.* 893. (icon Clusii.)

Periclymenum humile. *Bauh. pin.* 302.

*Habitat in* Suecia, Norvegia, Rossia, Anglia. ♃

*Pallasius loco citato* C. suecicam *et* canadensem *proponit tanquam varietates ejusdem plantæ. Certe nimium affines, sed* C. suecicam *nondum examinavi.*

## 2. CORNUS canadensis. *L.* Tab. 1.

C. herbacea, ramis nullis. *Linn. spec.* 172.

Pyrola altiuscula flore brasiliana. *Bauh. prodr.* 100. *Linn. amœn.* t. 317.

C. pumilo repens, herbæ Paris facie Sarraceni. *Pict. reg.* 43. *p.* 3348. *Bosteporte.*

C. canadensis. *Pict. reg. Abeille.*

*Habitat in* Canada. *Sarrasin.* Labrador, *insulis* Miquelon *juxta* Terram-novam. ♃ H. P.

Planta palmaris, habitu Trientalis aut Paridis.

Radix stolonifera, ad nodos radiculas fibrosas proferens.

Caules e radice plurimi, erecti, herbacei, quadrangulares, purpurascentes, basi instructi

Foliolis aliquot oppositis, subamplexicaulibus, (dum folia summa tantummodo sessilia) marcescentibus, deciduis.

Folia propria verticillata: verticillis quadri-sexfoliis, ad apicem caulis singuli solitarius; sessilia, subrotunda s. ovata, acuminata, integra, nervosa: nervis concentricis; supra villis vix conspicuis adspersa, læte viridia, subtus pallidiora, patentia, plana, 18 lin. long. 1 poll. lat.

Umbellæ involucratæ, terminales, solitariæ, pedunculatæ, erectæ, albæ, 15 lin. involucro comprehensæ, et 5 lin. absque involucro lat.

Flores pedicellati, erecti, albi fundo violaceo, 1 ½ lin. lat. 1 lin. long.

Involucrum tetraphyllum: *foliolis* sessilibus, subcordatis, acuminatis, integris, lineatis, albis, apice nonnunquam rubicundis, horizontalibus, internis duplo minoribus; 15 lin. lat.

Perianthium *proprium* superum, quadridentatum, brevissimum.

Corolla. *Petala* 4, epigyna, infra coronam germinis inserta, sessilia, lanceolata, acuta, patentissima, demum dependentia, perianthio proprio majora.

Stamina. *Filamenta* 4, subulata, patentia, epigyna, infra coronam germinis inserta, corollâ breviora. *Antheræ* ovatæ, biloculares, peltatæ, albæ.

Pistillum. *Germen* inferum, ovatum, truncatum, *receptaculo* s. operculo nectariformi, plano, subquadrilobo, violaceo coronatum. *Stylus* cylindricus, purpurascens, staminibus longior. *Stigma* obtusum.

CORNUS.

PERICARPIUM. *Drupa* subrotunda, calyce umbilicata, stylum retinens, carnosa, mollis: pulpâ quasi gelatinosâ; coccinea, 4 lin. lat.

SEMEN. *Nux* ovata, bilocularis, subbisulca, 2 lin. long.

*Nuper iterum introducta in Galliam a celeb. Lud. Guil. LE MONNIER, Archiatro, Acad. Scient. Par. Soc. qui vivam accipiebat ex insulâ* Miquelon *Americes septentrionalis. Anglis in hortis jam antea vigebat. Arenosa pinguiora et humidiuscula amat, nec impatiens est frigoris sub dio. Libentius stolonibus late se spargit. Vere floret, æstateque drupas maturat. Avulsis stolonibus et seminibus regeneratur.*

EXPLICATIO TABULÆ PRIMÆ.

*PLANTÆ* proportione naturali, supera fructigera, infera florifera.

1. *Umbella* antica, } prop. nat.
2. —— postica, }
3. *Flos* auctus,
4. —— prop. nat.
5. *Petalum* prop. nat.

6. *Stamen* postice, } aucta.
7. —— antice, }
8. *Flos*, laquis petalis, }
9. *Pistillum*,
10. *Bacca*, } prop. nat.
11. *Semen*, }

# 3. CORNUS florida. *L.*

C. arborea involucro maximo, foliolis obcordatis. *Linn. cliff.* 38. *spec.* 171. *Mill. dict. n.* 3. *Du Roi. harbk.* 1. 167. *Schoepf. mat.* 14. *Wang. farst.* 81. *t.* 17. *f.* 41. *Walt. car.* 88. *Pict. reg.* 43. *p.* 3349. *Basseporte.*

C. mas virginiana, floscullis in corymbo digestis a perianthio tetrapetalo albo radiatim cinctis. *Pluk. almag.* 120. *t.* 26. *f.* 3. *Catesb. car.* 1. 27. *t.* 27.

*HABITAT in* Americâ *septentrionali.* ♄ H. P.

*Arbor parva, conspicua involucris florum maximis coloratis. Fructus rubri. Ineunte frondescentiâ floret.*

# 4. CORNUS mascula. *L.*

C. arborea, umbellis involucrum æquantibus. *Linn. cliff.* 38. *spec* 171. *Mill. dict. n.* 2. *Hall. helv.* 1. 362. *Knaph. bot.* 1. *t.* 18. *Du Roi. harbk.* 1. 169.

Cornus. *Trag. stirp.* 1024. *Matth. comm.* 259. *Clus. hist.* 1. 12. *t.* 13. *Lob. ic.* 2. 169. (icon Clusii.) *Dod. pempt.* 802. *Ludw. ect. t.* 38.

C. sylvestris et hortensis mas. *Bauh. pin.* 447.

C. sativa, seu domestica. *Bauh. hist.* 1. 810.

C. mas. *Blackw. herb.* 1. 121.

C. sylvestris mas. *Dub. arb.* 1, 182. *t.* 74. (icon Mathioli.) *Knorr. thes. t.* 1.

Le Cornouiller. *Regn. bot.*

C. mascula. *Zorn. ic. t.* 129. *Pinck. ic.* 38. 64. (icon Regnaulti.)

β. C. hortensis mas, fructu cerasi coloris. *Bauh. pin.* 447.

CORNUS.

*Habitat in* Galliâ, Germaniâ, Helvetiâ. ♄ H. P.

*Flores adnodum vernales ante frondescentiam, quod peculiare huic speciei.*

*Du Roi recenset* C. maculam foliis elegantes variegatis, *sed de hâc varietate frustra hucusque quæsivi; autor forte habuit elegantem* C. sanguineam variegatam *pro* C. maculâ.

** *Nudæ cymosæ.*

## 5. CORNUS sanguinea. *L.*

C. ramis rectis, foliis ovatis concoloribus, cymis depressis.

C. arborea, cymis nudis. *Linn. spec.* 171. *Mill. dict. n.* 1. *Holl. helv.* 1. 363. *Du Roi. harbk.* 1. 162.

C. umbellis involucro multoties longioribus. *Linn. cliff.* 38.

Virga sanguinea. *Math. comm.* 260. *Dod. pempt.* 782.

C. femina. *Lob. ic.* 2. 169. *Tab. ic.* 1047. *Bauh. pin.* 447. *Duh. arb.* 1. 182. *t.* 75. (icon Matthioli.) *Œd. dan. t.* 481.

C. sanguinea. *Ard. obs.* 99. *t.* 19.

β. C. femina foliis variegatis. *Herm. hugdb.* 190.

*Habitat in* Europæ *dumetis vulgatissima.* ♄ H. P.

*Baccæ fuscæ.*

## 6. CORNUS sericea. *L.* Tab. 2.

C. ramis patulis, foliis ovatis subtus ferrugineo-sericeis, cymis depressis.

C. arborea, cymis nudis, foliis subtus sericeis. *Linn. alt.* 199.

C. americana sylvestris domesticæ similis, baccâ cærulei coloris elegantissimâ. *Pluk. almag.* 121. *t.* 169. *f.* 3.

C. femina, floribus candidissimis umbellatim dispositis, baccis cæruleo-viridibus osseiulo duro compresso biloculari. *Gron. virg.* 20.

C. *Amomum* arborea, foliis ovatis petiolatis, floribus corymbosis terminalibus. *Mill. dict. n.* 3. *Du Roi. harbk.* 1. 165. *Schœpf. mat.* 14. *Wang. forst.* 90.

C. *sanguinea?* arborea, cymis nudis, ramis rectis subrubris, drupis cæruleis. *Walt. cur.* 88.

*Habitat in* Carolinâ *meridionali. Frazer.* Pensylvaniâ. ♄ H. P.

Frutex biorgyalis.

Radix lignosa, ramosa, dilute grisea, odore quasi Glycyrrhizæ proximo: radiculis subfuscis.

Caulis erectus, teres, ramosus, griseus. *Rami* oppositi, teretes, patuli, obscure purpurascentes. *Turiones* teretes, annulati, subimmaculati et atropurpurascentes ut in *C. sanguineâ*, juniores plus minusve pubescentes.

Folia opposita, petiolata, ovata s. ovato-lanceolata, acuminata, integra, nervosa, subvenosa: costâ nervisque infra elevatis, supra exaratis; subtus villosa ferruginea

## CORNUS.

inprimis ad nervos, nunc nudiusculis, patentia plana, juniora laceribus subconniventia 3 poll. long. 18. lin. lat.

PETIOLI hinc teretes, inde unisulci, folio quater breviores, villosi, purpurascentes.

CYMÆ terminales, pedunculatæ, erectæ, depressæ vix convexæ, tri-quadripartitæ flore solitario intermedio, villosæ, 2 poll. lat.

FLORES pedicellati, horizontales, albi disco primum albo post anthesin fusco odori 4-5 lin. lat.

CALYX. *Perianthium* superum, monophyllum, quadridentatum, villosum *denticulis* linearibus, acutis, patentibus; persistens, vix 2 lin. lat.

COROLLA. *Petala* 4, epigyna, linearia, acuta, patentia, mox revoluta, coronam germinis cingentia, calyce majora.

STAMINA. *Filamenta* 4, epigyna, erecto-divergentia, corollâ vix longiora, infra coronam germinis uti petala inserta. *Antheræ* oblongiusculæ biloculares, incumbentes, peltatæ, luteæ.

PISTILLUM. *Germen* inferum, globoso urceolatum, villosum, coronatum *nectario* receptaculiformi, plano. *Stylus* filiformis, staminibus vix brevior. *Stigma* capitatum, pubescens

PERICARPIUM. *Drupa* bacciformis, globosa, calyce umbilicata, usi excavata, carnosa, demum aquosa, eleganter cærulea, intus alba, unilocularis, 3 lin. lat.

SEMEN. *Nux* subrotunda, compressa, nervosa, bilocularis, 18 lin. lat

*Accipiebam semina e Pensylvaniâ, sed jam antea cœpit in hortis sub dio vigebat. Nuperrime lecta fuit in Carolinâ meridionali a Joanne* FRASER, *Scoto, peregrinatore Americano. Quotannis vere floret, seminaque perficit autumno. Drupis cæruleis, copiosis, venustis, in arbore diu persistentibus sat speciosa. Omnimoda regeneratur.*

*Discus floris e corona germinis, percità anthesi, statim atropurpureus evadit, quod vix manifestum in paucis congeneribus. Folia quoad villositatem et ferruginem admodum varia.*

## EXPLICATIO TABULÆ SECUNDÆ.

*RAMUS* proportione naturali.

1. *Flos* latere
2. — postica
3. — lateralis
4. *Petalum*
5. *Stamen*,

} prop. aut.

6. *Pistillum*
7. *Drupa*
8. *Nux*,
9. — transversa secta loculus vacuus,

} prop. lat

# 7. CORNUS alba. L

C ramis recurvatis, foliis lato-ovatis subtus canis, cymis depressis.

C. arborea, cymis nudis, ramis recurvatis. *Linn. mant.* 40. *Du Roi. harbk.* 265. *Pall. rosi.* 51 *t.* 34. *Wang. forst.* 91

C. sylvestris fructu albo. *Amm. ruth.* 198. *t.* 32. *Mill. ic. t.* 104.

CORNUS.

C. *tartarica* arborea, foliis oblongo-ovatis nervosis inferne albis, floribus corymbosis terminalibus. *Mill. dict. n. 7*

HABITAT in Siberiâ, Americâ septentrionali ♄ H. P.

*Bis anno floret. Ramuli conspicui, omnium roberrimi.*

## 8. CORNUS circinata. Tab. 3.

C. ramis verrucosis, foliis orbiculatis subtus tomentosis cuius, cymis depressis.

HABITAT in Pensylvaniâ. ♄ H. P.

FRUTEX altitudine humanâ.

RADIX lignosa, ramosa, subodora, pallida *radiculis* subfuscis.

CAULIS erectus, ramosus griseus. *Lignum* odore quodam huic generi peculiari predicum. *Rami* opposuti, subpatuli, teretes, congeneribus crassiores, virides, verrucis subfuscis undique asperis. *Ramuli* ramis conformes, ad nodos annulati, e viridi vix purpurascentes. *Turiones* purpurascentes, nonnis maculis incanis fusco-purpurascentibus.

FOLIA opposita petiolata subrotunda, acuminata, integra seu subintegra nervosa nervis semiconcentricis, infra prominentibus, supra exaratis, virentia, subtus pubescentia glauca, patentia plana, 4 pollic. long. et lat. *Juniora* subtus tomentosa.

PETIOLI foliis quater breviores, hinc teretes, inde canaliculati desinentes in annulum amplexicaulem, more turionum maculati.

CYMÆ terminales, solitariæ, pedunculatæ erectæ, atque involucro, tri-quinquepartito pubescentes, 3 poll. lat.

FLORES singuli pedicellati, erecti, albi, 5 lin. lat. *Corona* germinis demum post anthesin vix purpurascens.

PEDUNCULI teretes, e *bracteis* minutis subulatis axis caulinis oriuntur, uti ramones et petioli maculati. *Pedicelli* purpureo punctati.

CALYX. *Involucrum* nullum, cujus loco in nonnullis cymis *Bractea* diphylla, opposita, subulata, pedunculo adnata, decurrens, reflexa.

*Perianthium proprium* superum, acutum, quadridentatum, erectum, minutissimum, persistens.

COROLLA *Petala* 4, epigyna, lineari-lanceolata, acuta patentia mox reflexa, sessilia, infra coronam germinis inserta.

STAMINA *Filamenta* 4 epigyna ante petalorum inserta, subulata, erecto-divergentia, corolla longiora. *Antheræ* oblongæ, biloculares, peltatæ, luteolæ.

PISTILLUM. *Germen* inferum, subrotundum, sericeum, albidum. *Stylus* filiformis, staminibus brevior. *Stigma* capitatum, subtetragonum s. polygonum.

## CORNUS.

**Pericarpium** *Drupa* baciformis, subrotunda umbilicata, basi excavata, stylum retinens, lacteo-aquosa, mollis, unilocularis, dilute cerulea, demum albida, 3 lin. lat.

**Semen.** *Nux* subrotunda, depressa, nervosa, bilocularis, 2 ½ lin. lat.

*Quamvis jamdiu cucur apud nos nondum vulgaris in hortis ditissimis. Floret æstate, sæpe bis anno sed rarissime drupas nonnullas perficit unicuique. Surculis et insitione propagatur.*

*Dignoscitur foliis circinatis rugosis viridioribus, cymis infernè bracteatis, ramis crassioribus tuberculatis.*

### EXPLICATIO TABULÆ TERTIÆ

*Ramus* proportione naturali

*Flos hermaphroditus.*
1. *postice.*
2. *Petalum*
4. *Flos, lapsis petalis*
5. *Pistillum,*
} prop. nat.

6. *Stamen unicum.*
7. *Stylus Cymæ Drupas gerentis*
8. *Nux*
9. —— *secta bicolumnata ostiferum*
} prop. nat.

# 9. CORNUS stricta. Tab. 4.

C. ramis strictis, foliis ovatis concoloribus nudiusculis, cymis paniculatis.

*Habitat in America septentrionali.* ♄ H. P.

**Frutex** biorgyalis.

**Radix** lignosa, ramosa radiculis fuscis.

**Caulis** (s. caules e radice plures.) erectus, rimosus, ramosus, subfuscus. *Rami* opposit., teretes, in junioribus plantis stricti, in senioribus patuli, canis conformes. *Ramuli* et inprimis *Turiones* strictiusculi, annulati, purpure basi denso punctato-verrucosi.

**Folia** opposita, petiolata, ovata, acuminata integra, nervosa costa basi purpurascente; nervis remotis, apice confluentibus, infra prominentibus, supra exantis, glabra, late viridia, subtus vix pallidiora, patentia, plana, 2-3 poll. long. 12-15 lin. lat.

**Petioli** erecti, folio sexies breviores, hinc gibbi, inde canaliculati, purpurei.

**Cymæ** terminales caulis duobus e summis foliis simul procedentibus pedunculatæ paniculatæ, quinquepartitæ, bracteatæ, 18-24 lin. lat.

**Flores** pedicellati, albi disco tandem rubescendo, 4 lin. lat.

**Bracteæ** minutæ, caducæ.

**Calyx.** *Perianthium* superum, monophyllum usque ad basin quadriparitum *laciniis* incarnibus, acutis, patentibus, subpubescens, persistens, ultra 1 lin. lat.

**Corolla** *Petala* 4, epigyna, ofra coronam germinis inserta, sessilia, lanceolata, acuta, patentia, calyce longiora.

## CORNUS.

**Stamina.** *Filamenta* 4, epigyna, ut corolla intra coronam germinis inserta, subulata tentum subpatentia petalis vix longiora. *Antheræ* oblongæ, bilociulares, peltatæ incumbentes, dilute cæruleæ.

**Pistillum.** *Germen* inferum, oblongum truncatum operatum coronâ nectariformi. *Stylus* filiformis, staminibus brevior. *Stigma* capitatum.

**Pericarpium.** *Drupa* subrotunda, cuspide umbilicata, carnosa, demum aquosa, mollis, cærulea, atus albus, 2-3 lin. lat.

**Semen.** *Nux* ovata, bilocularis, 2 lin. long.

*Olim introducta in Europam ex America septentrionali, sed adhuc rara in hortis. Excolitur sub dio more congenerum. Serius flores æstate, nec tam copiose. Drupæ minus serotinæ quam in maturescunt. Folia usque ad frigora remanent viridia. Radicibus surculis et insitione propagatur.*

*Habitus* C. sanguineæ et sericeæ, *a quibus longe recedit floribus paniculatis. Paniculæ minores quam in* C. paniculata. *Antheræ cæruleæ.*

## EXPLICATIO TABULÆ QUARTÆ.

*Ramus* proportione naturali.

1. *Flos auctus*
2. — *petalum*
3. — *laciniæ petalis*
4. *Pistillum*

} prop. aut.

5. *Stamen auctum*
6. *Pistillum*,
7. *Drupa*
8. *Nux*,
9. — *transversim secta*,

} prop. nat.

## 10. CORNUS paniculata. Tab. 5.

C. ramis erectis, foliis ovatis subtus canis, cymis paniculatis.

β. C. cymis floribus et foliis intermixtis.

*Habitat in America septentrionali.* ♄ H. P.

**Frutex** altitudine humanâ.

**Radix** lignosa, ramosa, pallida, radiculis subfuscis.

**Caulis** (vel caules plurimi ex eâdem radice) erectus, ramosissimus, teres, griseus. *Rami* oppositi, patuli, caulibus conformes. *Ramuli et Junciones* strictiusculi, annulati, dilute purpurascentes, punctato-verruculosi.

**Folia** opposita, petiolata, ovata s. ovato-lanceolata, acuminata, subintegra, nervosa, nervis laxissimis, infra prominentibus, supra exaratis, laete viridia, subtus glauca, pubescentia, pulvinata, margine versum convexiuscula, 2-3 poll. long. 15-8 lin. lat. *Summa adhuc juniora rubella.*

**Petioli** folio ter s. quinquies breviores, hinc teretes, inde canaliculati, dum juniores basi vix in annulum amplexicaulem desinentes, purpurascentes.

**Thyrsus** (s. paniculæ) terminales, ramulis duobus e summis foliis statim erumpentibus.

## CORNUS.

solitari, pedunculati, erecti, involucro denudati, 3 poll. lat. *Varietas* gaudet thyrsis foliaceis simul et floriferis.

PEDUNCULI teretes, fructiferi purpurascentes.

FLORES pedicellati, erecti, albi, 3 lin. lat.

CALYX *Perianthium* superum, submonophyllum quadripartitum pubescens *dentibus* minimis angustioribus acutis, persistens, vix lat.

COROLLA *Petala* 5 epigyna ultra corollam germinis inserta angus-lanceolata acuta patentia, demum reflexa, calyce majora.

STAMINA. *Filamenta* 4 epigyna, more petalorum inserta, setacea divergentia longit corollæ *Antheræ* oblongæ, biloculares, pellitæ luteolæ

PISTILLUM. *Germen* inferum, globosum cuneatum subsecens corolla incrassatiformi operatum. *Stylus* filiformis staminibus vix brevior *Stigma* capitatum, depressum.

PERICARPIUM. *Drupa* subrotunda destitus calycinis cuneatis, stylum retinens, basi vix excavata, carnoso-aquosa alba, 3 lin. lat.

SEMEN. *Nux* subrotunda, incata uniocularis.

*Oriunda ex America septentrionali, et exstat apud nos nonnullis abhinc annis. Admodum florida et speciosa. Vere aut ineunte æstate floret, autumnoque per menses nonnullos fructibus onusta est. Seminibus surculisque propagatur*

*Omnium distinctissima cymis elongatis in thyrsum s. paniculam.*

## EXPLICATIO TABULÆ QUINTÆ.

*RAMUS* proportione naturali.

1. *Flos* auctus
2. — pistillo
3. — lapsu petalis, } prop. aut.
4. *Petalum*
5. *Stamen* altero auctum,

6. *Pistillum*,
7. *Drupa*,
8. *Nux*
9. — transverse secta bicellularis unicodem, } prop. aut.

# 11. CORNUS alternifolia. *L* Tab. 6.

C. foliis alternis. *Linn. suppl.* 125.

C. alterna. *Marsh. arbust.* 35.

*HABITAT in* Pensylvania. ♄ II. P

ARBOR parva, subdichotoma.

RADIX lignosa, ramosa, exalbida, odore congenerum, *radicalis* vix intentioribus.

CAULIS altus erectus cortiosus, cinereus *Lignum* odore congenerum. *Rami* alterni patentes, teretes, dichotomi sæpius, lævigati, griseo. *Ramuli* paulo graciliores quinta in C *circinata* sed vaide crassiores quam cæteræ congeneres lineis griseis brevibus inaculati, in nonnullis glabris purpurascentes, in aliis virides.

## CORNUS.

*Turiones* glaberrimi, immaculati, colore ramulorum. *Gemmæ terminales* ovatæ, maximæ fere. *Cuneatæ.*

**Folia** alterna, ongius petiolata, inæqualiter distantia, nunc approximata, nunc remota, ovata, oblonge acuminata, integra, nervosa, nervis ubique divisis, apice conduplicabilia, intra prominent hinc supra excavata, sede viridia subtus canescentia vixque dum juniora pubescentia, patentia, plana 3-4 poll. long. 2-2 poll. lat.

**Petioli** dimidio folio longiores, hinc teretes, inde canaliculati.

**Cymæ** terminales, solitariæ, pedunculatæ, convexæ, sæpe depressæ, involucro destitutæ, subpubescentes, diffusæ, 3 poll. lat.

**Flores** pedicellati, erecti, exalbidi, subodori, 4 lin. lat.

**Calyx** *Perianthium* superius, semimonophyllum, ima quadridentatum pubescens *dentibus* minimis, brevissimis, acutis, patentibus, persistens, 1 lin. vix lat.

**Corolla.** *Petala* 4, epigyna, intra coronam germinis inserta, lanceolata, acuta, patentia, mox reflexa, calyce vaide majora.

**Stamina** *Filamenta* 4, epigyna, more petalorum inserta, in alto divergentia, setacea, petalis longiora. *Antheræ* oblongiusculæ, innoculares, peltatæ, incumbentes, dilute sulphureæ.

**Pistillum.** *Germen* inferum, semigl obosum, coronulæ receptaculiformi operatum, subtruncatum, pubescens. *Stylus* filiformis, staminibus brevior. *Stigma* capitatum.

**Pericarpium.** *Drupa* subrotunda, calyce umbilicata, sæpe vix retusa, mollis, atroviolacea s. fusca nebulosa, 3 lin. lat.

**Semen.** *Nux* subrotunda, vix striata, bilocularis.

*Dei incertum fuit an ex Americâ septentrionali, an e Siberiâ oriunda esset, hodie vero multi comportant eo patriam esse Pensylvaniam, unde nuperrime specimina habui. Primum educata fuit in Galliâ ubi triginta abhinc annis sub dio excolitur. In Dendrologiâ Hanriei jam memoratur, et videre licet quindecim aut viginti pedum altum in hortis Monsieur. Procerior itaque congeneribus omnibus, ne C. mascula excepta, eodem ferme tempore cum illis flores exsiste sed cymæ non absolute infertilis, nisi dum juniores, drupæ in his maximam diem feliciissime interim tam in C. sanguineam quam in C. albam. Semenibus quoque regeneratur.*

*Singulares in genere oppositifolio* Folia *alterna.* Ramuli *dichotomi, unde facies a genere alienа.* Petioli *longiores quam in congeneribus.*

Varietates *una ramis rubicundis, altera ramis viridibus, nux rotundæ sunt.*

## EXPLICATIO TABULÆ SEXTÆ

*Ramus* proportione naturali.

1. *Flos* intus
2. *Petala* revoluta } pro p. nat.
   *pistillum*
4. *Stamina petalis longiora.*

5. *Perianthium* propl. nat.
6. *Pericarpium* sectum
   *Drupa*
8. *Nux* } propl. nat.
9. *Semen* transversè sectum

## CORNUS.

* * * *Dubiae aut spuriae.*

**Cornus** feminae similis, albuscula floridana. *Plukn. amalth.* 66. *tab.* 383. *fig.* 1 Cornum aliquam floribus paniculatis sat exhibere videtur, sed pronuntiare non ausim inter *C. stricta*m et *paniculatam*

**Cornus** foliis citro angustioribus. *Amm. ruth.* 200. *t.* 33. quam nunc pro *C. alternifolia* habent. Haud ita autopsis Gmelino et Pallasio certe *Rhamni* genus agnoscent icon, necnon descriptio Ammannii satis monstrant. Gmelinus (*sib.* 3. 106.) credidit *Rhamnum catharticum* esse, sed Pallasius (*it.* 3. 721) diversam speciem esse stabilivit, quam *Rhamnum dauricum* nuncupavit. Nonne error Hunemii patrium *C. alternifolia*e ignotum reliquit? Solii ejus fide originem Sibiria ductum Galli suspicati sunt.

**Cornus** *japonica* arborea, umbellis involucrum superantibus, foliis serratis. *Thunb. jap.* 63. est *Viburni* species, quod mihi arcanum innotuit, flore quinquefido ignoto semine osseo reniformi plano unilocular.

## COLLIGENDA.

**Cornus** species aureae herbaceae plurimae frutices, vel arbusculae. In verticillis folia summa verticillata, in truncosis folia opposita, in solâ *C. alternifoliâ* alterna. Flores involucrati vel non umbellati vel cymosi: cymae vel corymbosae, vel elongatae quasi in thyrsum. In omnibus flores albi, plerumque subodori. Drupae rubrae in *C. sericeâ*, *canadensi*, *floridâ*, *masculâ*, albae in *C. paniculatâ*, *albâ*, caeruleae in *C. sericea circinata stricta*, atropurpureae aut fuscae in *C. sanguineâ*, *alternifoliâ*. Odor ligni tum caudicis quam radicis huic generi peculiaris

Turiones etiam denudati in omnibus arboribus hortulano exercitatissimo speciem declinant. Sunt itaque denique paniculati, nitpurascentes in *C. stricta*, obscure purpurei, immaculati: nisi dum senores fiunt in *C. sanguinea* in *C. sericea* in corpurpurascentes, subimmaculati ut *C. sanguinea* in *C. paniculata* dilute purpurascentes, puncta ut *C. stricta* in *C. circinata* ex rubescendo viridescentes, crassiores quam caeteraeum in *C. albâ* lenis ruberrim, pulchriores quantis remotis adspiri, *Salicem vitellinam rubrum* aemulantes in *C. alternifolia* flexuosi, crassi geniculis reminiscentibus angulos demum in *C. masculâ* cinerei, pubescentes.

## USUS.

**Cornus** fruticosae omnes floribus et fructibus ambulacra exornant. *C. alba* et *sanguinea* ad inserendas species rarissimas imprimis commendabiles. In plurimis lignum durum, sed durissimum in *C. masculâ*. Indi hodierni in Lodosia ut olim Romani teste Virgilio fabricant ex ligno *Cerni* sagittas. In *C. masculâ* baccae edules. Materiae Medicae scriptores Europei *C. masculam* laudant. Americani *C. floridam* et *sericeam*. Decocta *C. floridae* teste Schoepfio, eadem vi febrifugâ gaudent ac pae cortex peruvianus. Idem Schoepfius refert folia *C. sericeae* a incolis Tabaco adhibiri. De oleo quod conficitur praesertim in Italiâ ex drupis *C. sanguineae* vide *Matth. comm.* 26. 262. *Arid. obs.* 60 et *Act. econ. gall.* 1; 86 *autumn. p.* 17

# EXPLANATIO

## ALTORUM HIC USURPATORUM.

*Act. econ. gall.* SOCIÉTÉ ROYALE D'AGRICULTURE DE PARIS, Mémoires d'agriculture, d'économie rurale et domestique. *Paris* 1785 *et sqq.*

*Amm. ruth.* JOA. AMMAN, Stirpium rariorum in imperio Rutheno provenientium icones et descriptiones. *Petropoli*, 1739.

*Ard. obs.* PETR. ARDUINI, Memorie di osservazioni e di sperienze sopra la cultura. *Padova*, 1666.

*Bauh. hist.* JOHANN. BAUHIN, Historia plantarum universalis *Ebroduni*, 1650.

—— *pin.* CASP. BAUHIN, Pinax theatri botanici. *Basileæ*, 1671

—— *prodr.* ———— Prodromus theatri botanici. *Basileæ*, 1671

*Blackw. herb.* ELIZAB. BLACKWELL, Curious herbal. *London*, 1739.

*Catesb. car.* MARCK CATESBY, Natural History of Carolina, Florida, and the Bahama islands. *London*, 1754

*Clus. hist.* CAR. CLUSIUS (L'ECLUSE), Rariorum plantarum historia. *Antverpiæ* 1601

—— *pann.* ———— Rariorum aliquot stirpium per Pannoniam, Austriam et vicinas quasdam provincias observatarum historia. *Antverpiæ*, 1583

*Dod. pempt.* REMB. DODONÆUS (DODOENS), Stirpium historiæ pemptades sex. *Antverpiæ*, 1616.

*Duh. arb.* HENR. LUDOV. DUHAMEL, Traité des arbres et arbustes qui se cultivent en France en pleine terre. *Paris*, 1755.

*Du Roi harbk.* JOH. PHIL. DU ROI, Die harbkesche wilde baumzucht. *Braunschweig* 1771

*Gærtn. fruct.* JOSEPH. GÆRTNER, De fructibus et seminibus plantarum. *Stutgardiæ*, 1788.

*Ger herb.* JOHN GERARDE, The herball or generall historie of plantes, enlarged by Thomas Johnson. *London*, 1633.

*Gmel. sib.* JOA. GEORG. GMELIN, Flora Sibirica, sive historia plantarum Sibiriæ. *Petropoli*, 1747, *et seq.*

*Gron. virg.* JOH. FRED. GRONOVIUS, Flora Virginica. *Lugduni-Batavorum*, 1762.

*Hall. helv.* ALBERT. VON HALLER, Historia stirpium Helveticæ. *Bernæ*, 1768.

| | |
|---|---|
| *Herm. lugdb.* | PAUL. HERMANN, Horti academici Lugduno-Batavi catalogus. *Lugduni Batavorum*, 1688. |
| *Kniph. bot.* | JOA. HIERON. KNIPHOF, Botanica in originali. *Halæ-Magdeburgicæ* 763. |
| *Knorr. thes.* | GEORG. WOLFG. KNORR, Thesaurus rei herbariæ hortensisque universalis. *Norimbergæ*, 1772 |
| *Linn. alt.* | CAR. I LINNÆUS, Mantissa plantarum altera. *Holmiæ*, 1771 |
| —— *amœn.* | ———— Amœnitates academicæ. *Lugduno-Batavorum*, 1749. |
| *cliff.* | ———— Hortus cliffortianus. *Amstelædami*, 1737 |
| —— *lapp.* | ———— Flora Lapponica. *Amstelædami*, 1737 |
| *mant.* | ———— Mantissa plantarum. *Holmiæ*, 1767 |
| —— *spec.* | ———— Species plantarum. *Holmiæ*, 1762 |
| *suec.* | ———— Flora Suecica. *Sæckholmiæ*, 1755 |
| —— *suppl.* | CAR. II A LINNÉ, Supplementum plantarum. *Brunsvigæ*, 1781 |
| *Lob. ic.* | MATTHIAS DE LOBEL, Plantarum seu stirpium icones. *Antverpiæ* 158 |
| *Ludw. ect.* | CHRIST. GOTTL. LUDWIG, Ectypa vegetabilium. *Halæ-Magdeburgicæ*, 1760. |
| *Marsh. arbust.* | HUMPHRY MARSHALL, Arbustrum americanum, *Philadelphia* 1785 |
| *Matth. comm.* | PETR. ANDR. MATTHIOLUS, Commentarii in sex libros Pedacii Dioscoridis Anazarbei de materiâ medicâ. *Venetiis*, 1565. |
| *Mill. dict.* | PHILIP MILLER, Gardener's dictionary. *London*, 1768. |
| —— *ic* | ———— Figures of the most beautiful, useful and uncommon plants described in the gardener's dictionary. *London*, 1771 |
| *Œd. dan.* | GEORG. CHRIST ŒDER, Flora Danica. *Hafniæ*, 1766. |
| *Pall. r.* | PETR. S M. PALLAS, Reise durch verschiedene provinzen des Russischen reichs. *St. Petersburg*, 1771 |
| *ross.* | ———— Flora Rossica. *Petropoli*, 1784. |
| *Park. theatr* | JOHN PARKINSON, Theatrum botanicum. *London*, 1640. |
| *Pict. reg.* | Plantæ depictæ Pinacothecæ regiæ Parisiensis. |
| *Plenck. ic.* | JOS JAC PLENCK, Icones plantarum medicinalium. *Viennæ*, 1788. |
| *Plin. hist.* | CAIUS PLINIUS Historia mundi. |
| *Pluknt. almag.* | LEONH. PLUKENETT, Almagestum botanicum. *Londini*, 1696. |
| —— *amalth.* | ———— Amaltheum botanicum. *Londini*, 1705. |

*Regn. bot.* REGNAULT (sieur et dame), La Botanique mise à la portée de tout le monde. *Paris*, 1774.

*Schoepf. mat.* JOA. DAVID SCHOEPF, Materia medica Americana potissimum regni vegetabilis. *Erlangæ*, 1787.

*Tab. ic.* JACOB. THEODORUS TABERNÆMONTANUS, Icones plantarum. *Francofurti ad Mænum*, 1590.

*Theophr. hist.* THEOPHRASTUS ERESIUS, Historia plantarum.

*Thunb. jap.* CAR. PETR. THUNBERG, Flora Japonica. *Lipsiæ*, 1784.

*Trag. stirp.* HIERON. TRAGUS (BOCK), De stirpium maxime earum quæ in Germaniâ nostrâ nascuntur usitatis nomenclaturis, etc. 552.

*Walt. car.* THOMAS WALTER, Flora Carolinana. *Londini*, 1788.

*Wang. forst.* FRIEDER. AD. JULIUS VON WANGENHEIM, Beytrag zur teutschen holzgerechten forstwissenschaft. *Gottingen*, 1787.

*Zorn. ic.* JOH. ZORN, Icones plantarum medicinalium. *Norimbergæ*, 1779.

FINIS.


P. J. Redouté del. Devisse sculp.

CORNUS canadensis. L.


Lud. Freret del. Juillet sculp.

CORNUS fericea. L.


Lud. Freret del. Juillet sculp.

CORNUS circinata.


P. J. Redouté del. Malewre sculp.

CORNUS stricta.


Lud. Freret del. Juillet sculp.

CORNUS paniculata.




CORNUS alternifolia. L.